

Franckesche Stiftungen zu Halle

Lebenslauf von Christian Benedikt Michaelis.

Michaelis, Christian Benedict

Halle (Saale), 27.05.1702

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-188772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-188772)

Christiani Benedicti Michaelis
Vita.

Quod mandatum mihi est, ut vita adhuc
aetate studiorumq; conspectum a liquem si-
sterem, faciam id, quam brevissime fieri pot-
est. Natus sum anno MDCLXX. in eunte
Martio, Elrica, quod oppidum in Hohenstei-
nensi Comitatu ad radices silvae Hercyniae
situm est, patre Joanne Michaelis, matre
Anna Catharina itidem Michaelis: strig-
entim illud cognomen ~~cognomen~~ diuense fami-
liae dederant. Ut primum autem aliquid
ingenio valere coepi, partim a patre intra
priuatos parietes ad fundamenta religio-
nis Christianae, partim in schola publica
ad bonas artes disciplinasq; imprimis ad
Latinitatem, sedulo institutus sum. Et si
vero incredibili studiorum cupiditate tenerer,
tamen pater, quod diffideret, suis opibus
me aliquando in academijs sustentari posse
cupiebat, ut officium quoddam aut aliud
vitae genus sequerem. Equidem, ut libera-
rum studia desererem, adduci vix poteram,
neque tamen spes erat, ut consentiret pa-
ter: itaque aliquamdiu incertus eram, ut-
rum viuendi genus eligendum foret, donec
tandem aut precibus meis permotus parens,
aut M. Damij, Viri admodum reuerendi et
ecclesiae patriae pastoris bene merentis, con-
silio hortatusq; adductus, constitueret, anno
MDCLXXIV. tempore verno cum carissimis
aunouls, tunc temporis in patria hibernan-
tibus, quorum alter nunc linguarum Graecae
et Orientalium professione, alter Angeli,
poli in extrema Moscoria pastoris euange-

lici munere fungitur, huc loci mittere,
 ut horum ductu præceptisq; cum ad ve-
 ram pietatem, tum ad solidam eruditio-
 nem conformarer. Admit Deus coe-
 ptis hisce, meq; divina sua gratia ita for-
 tunavit; ut brevi tempore, hoc est, seme-
 stri spatio libros omnes Veteris ac novi
 foederis in lingua Graeca et Hebraea intelli-
 gerem. Sed Syli, quem ob alia negotia ali-
 quamdiu neglexeram, maior videbatur esse
 ratio habenda. itaq; primum quidem magi-
 stri cuiusdam academici curae commissus
 Latinitatem peregi: postea vero cum alijs
 bonis artibus ac scientijs, arithmetica, ge-
 ometria, praesertim contemplatione, historiarum
 notitia, orbis terrarum descriptione
 ac Graecae linguae uberiori cognitione, ma-
 gis magisq; excolui, quando in Glauchensi
 pedagogio hunc primum instituto, benefi-
 cio Viri maxime reuerendi FRANKII,
 gratuita informatione perfrui mihi licuit.
 Submiserat quidem adhuc pater tantum pe-
 cuniae, quantum satis erat ad tolerandam
 vitam; sed cum in eo res esset, ut in poste-
 rum difficulter admodum paternis sumpti-
 bus vivere possem, subuenit clementissimus
 Pater caelestis, meq; singulari providentia atq;
 auxilio recreavit. Venerandus enim FRANK-
 IUS, quem hic iterum honoris et gratiani-
 mi testandi causa nomino, ut alijs quocumque
 vni, sic et mihi per integrum annum proce-
 raui victum. Anno 1710 CCXVII.

Superiorum patronorumq; iussu atq; consen-
 sione Gotham me contuli: ubi sub claris-
 simis illius Gymnasij Professoribus ac Re-
 ceptoribus, in primis VOCKERODFIO,
 quem duce ac principem Studiorum mi-
 hi delegeram, ita profeci, ut post exactum
 unius anni spatium, honesta missione im-
 petrata, oratione publica solemnique Gy-
 mnasij collegis, inspectoribus, ephoris gra-
 tias et valedicerem. Neque tamen il-
 linc statim discessi, sed per dimidium
 annum ibidem substiti, ut, antequam ad
 academiam me conferrem, summa capi-
 ta philosophicæ et litterariæ historia de-
 libarem, usus ad id omnis generis librorum
 varietate refertissimæ bibliothecæ VO-
 CKERODFI, qui puero suo me prece-
 ptorem profecerat. Quo facto, sub auspicijs
 Dei ter optimi maximi ad hanc picta-
 ris meliorumq; litterarum arcem ad domici-
 lium, unde antea egressus fueram, redi.
 At humanitatis, quæ vocant, Studijs ut
 antea magna ex parte, sic nunc totum
 me penitusq; tradidi; usq; per duos annos
 infra dimidium constanter vacavi tam pu-
 blice audiendis CELLARII, Viri Parisi-
 fini, acrosibus, quam privatim recolen-
 da Romanorum antiquitate, exercitati,
 onibus styli, lectisq; plurimis melioris notæ
 scriptoribus. Præterea ad linguas Orien-
 tales, Hebræam, Syram, Chaldæam, Rabbi-
 nicam, Samaritanam, Arabicam atq; Aethi-

110
opiam animi et ingenij vires conuertit;
quas ita comprehendit, ut et alios non in-
felicitè ad illas instituerim. In his autem
quodquid percepi, id propterea deo reue-
rendo Amiculo MICHAELIS, linguarum
Professori merentissimo; cuius et contuber-
no per triennium, institutione autem ad-
fida usus sum. Summe reuerendum
DREIFHARTIVM, religionis Chri-
stianae positionem explicantem confirman-
tem, indefesso studio audiri: nec minus
reuerendi ANTONII praedicationibus,
quibus Euangelium Ioannis uberius expo-
nit atque illustrat, interfui. Praeterea
autem aetate cum Vir Illustris DOBVS
LUDOLFVS huc loci venisset, de quo stu-
dio meo in lingua Aethiopica audiuisset,
placuit ipsi secum me Francofurtum du-
cere, ut in eadem versione Aethiopica
Lexicij et Grammaticae eiusdem linguae
ipsi ad manus essem. Anni igitur qua-
drantem, et quod excurrit, apud dictum
Virum Illustrum versatus, cum multa
singularis beneuolentiae ac fauoris in
me specimina edidisset, tandem ab illo
honestissime dimissus Fredericianam hanc
repetij. At tum quidem commodissimum
accidit, ut Arabem quendam Damasce-
num, politissimum hominem, huc linguam
Arabiam profitemem reperirem. Itaque
incidebat mihi in mentem, et alij quorundam,
quorum consilio et auctoritati repugna-
re non debeo, existimabant, tantam

opportunitatem non esse temere mihi pre-
 termittendam. Ita non solum descriptionis Ara-
 bicae artem, quae apud Orientales populos
 maxime estimatur, didici, sed etiam cum
 alijs condiscipulis uniuersum Coranum, pri-
 uatissime autem, et aiunt, Douum Testa-
 mentum et Commentatorem Corani Arabi-
 cum MS. tum, quem bibliotheca Orphanotro-
 phes possidet, studisse legi. Sed de
 studijs meis hactenus. Sequitur, et et
 eius mentionem iniciam, quod primo loco
 praedicoare debueram: cum enim summi-
 bus, qui ad vitam academicam transigen-
 dam necessario requiruntur, destituerem,
 Vir summe reuerendus BREITHAUPT,
 pro inextinguibili suo studiosos iuuandi ar-
 dore, me in censum alumnorum Seminarij
 Theologici libentissime suscepit, et bene-
 ficis illis, quae Serenissimus ac Potentis-
 simus Rex Borussiae ex Hillersteinensi
 Conuentu ad hanc Academiam munifi-
 centissime transtulit, dignatus est.
 Hinc autem, postquam diuina fauente
 misericordia ad societatem Collegij Ori-
 entalis Theologici cooptatus sum, ad praes-
 criptum venerandi Theologorum ordinis
 labores meos omnes instituo, tam qui
 mihi cum ceteris communes, quam qui
 peculiare sunt. In primis nunc operam
 do Viri Clarissimo BVDDEO, p. t. Abca,
 demum Prorectori Magnifico, docti phi-
 losophiam instrumentalem; item Viri

112
Summe reuerendo ALEXANDRO, qui ad
uexsariorum sophisticationes, quibus diui-
nas veritates pervertore conantur, indicat
et refutat. Ipse vero Arabicam et, si licu-
erit per temporis rationes, Aethiopicam
quoque linguam docebo. Deus autem
pro immensa sua bonitate facit, ut omnes
huiusmodi labores nostri per verum de Deo sensum,
actuosam pietatem, animis modestiam et sub-
missionem sancta efficiantur ad Dominum
suis sanctissimi gloriam atque Ecclesiae
Christianae verum emolumentum!

Hala Magdeburg. ad d. VI. Calendas Junij
anno MDCCCII.